Walpurgis, Michel Fleischer XVI gr. cum dimidio Michaelis, totidem Walpurgis, Nickel Fleischer XVI gr. cum dimidio Michaelis, totidem Walpurgis, Nickel Sneider IX gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Frantz Rudel IX gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Nickel Richter X gr. V hallenses Michaelis, totidem Walpurgis, Rentzsch IV gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Schewenpflugk I gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Franz Grymmer VI gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Lasc (?) IV gr. Michaelis, totidem Walpurgis, Caspar Teler in Hockendorff in termino Michaelis unam sexagenam cum dimidia et tantum in termino Walpurgis, item in et super pretorio opido Wilandisdorff quatuor solidos grossorum Michaelis et totidem Walpurgis cum quadam propria habitatione seu domo in eodem opido Freiberg in platea vulgariter nuncupata der Herre gasse retro domum venerabilis patris domini abbatis Czellensis situata ad idem altare pertinente, variis damnificationibus his infaustis temporibus, cum civitates et opida in dominiis dominorum ducum Saxonie aliorumque dominorum per ignis voraginem ac incendia miserabiliter sepius et pluries devastata et alias in nichilum redacta sunt, omnino hujusmodi litere deperdite sunt et annullate, sic quod nec originalia nec copie illarum ullo modo haberi poterint; ob quarum litterarum deperditionem timet et timere habet, ne ipsi aut sui successores pro tempore existentes sua sustentatione congrua privarentur ipsumque altare, in quo deus omnipotens et beatus Sigismundus veneratione condigna ex institutione primeva laudari deberet, suo ministerio non fraudetur, nobis humiliter debita cum instantia supplicavit, quatenus auctoritate nostra ordinaria atque diocesana sibi providere dignaremur. Nos igitur Caspar — confirmationes prius per quoscunque antecessores nostros episcopos dive memorie datas approbamus ratificamus, decernentes eosdem census ecclesiasticos esse, juri foro atque presidio ecclesiasticis subjacere debere atque per altaristam ipsius, qui pro tempore fuerit, percipi et possideri. Volumus tamen, quod altarista singulis ebdomadis per circuitum anni ad quatuor missas per se vel alium celebrandas sit obligatus. Collationis vero dicti altaris seu jus patronatus perpetuis temporibus ad nos tanquam hereditario jure et ad validum Nicolaum de Schonberg et heredes suos in recta linea consanguinitatis ab eo descendentes semper ad seniorem volumus pertinere —. Nulli ergo omnino —. Si quis —. Datum Wortzen anno domini MCCCCLXI., XX. die mensis junii, nostro majore sub sigillo in fidem et testimonium premissorum subappenso.

319.

Zeitz, 1461 Oct. 27.

Hdschr.: Concept. Gem. Archiv Weimar Reg. X fol. 75.

Anm.: Das unrichtige Datum ist nach einer Bergwerksverleihung, die auf demselben Blatte steht und unter den Urkunden der Bergwerke mitzutheilen ist, ergänzt. — Ein Lehnbrief des Kurfürsten Ernst und des Herzogs Albrecht für ihren Secretarius Meister Peter Arnolt über dieselbe Wiese, in welchem die zur Zahlung der 2 Schock Zinsen Verpflichteten genannt sind, d. d. Weimar 1485 Juni 1, Or. Perg. Rathsarchiv Freiberg K. 24 (auch Hauptstaatsarchiv Dresden Cop. 62 fol. 140b).

Herzog Wilhelm belehnt den Andres Schillingk, Bürger zu Freiberg, und seine Erben mit einer Wiese mit 2 Schock Geld vor dem Erbischen Thore zunächst an der